



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

3 De accedia qua ratione peccatum sit charitati oppositum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

appetere ad actus virtutis præstandos. Item carere molesta infirmitate, inopia, aliisque malis, vt liberis Deo seruire possis. Cognoscis autem hæc omnia consequi te non posse, nisi Deus de vita præsentis proximum tolleret. Poteris ergo ex supradicto sine, & ob illius consecutionem proximi mortem desiderare, & de illa succedente gaudere; quia non gaudes de illa, quatenus proximo mala est, ibi sistendo (hoc enim esset malum) sed gaudes de illa, quatenus est causa tui emolumenti, & secundum hanc rationem bona esse videretur, & appetibilis. Secus verò esset, si velles proximo absolute, & efficaciter mortem, quia talis voluntas illicita & peccaminosa esset sub quocunque motu illa haberet, quia velles illam inferre, & consequenter velles homicidium, quod semper illicitum est.

12 Neque obstat fundamentum contrarium. Concedo te debere bonis fortunæ vitam proximi præferre, quoad effectum, & voluntatem efficacem, ac proinde teneris bona fortunæ exponere, vt vitam proximi conserues. Secus de inefficaci affectu, & simplici complacentia dicendum est, quia respicit obiectum secundum se, & ex illius bonitate sumit speciem, non ex illius executione.

PUNCTUM II.

De inuidia, qua ratione sit peccatum charitati contrarium.

- 1 Inuidia quid sit.
- 2 Multipliciter de bono alterius dolere, & tristari potest absque inuidia.
- 3 Tristari de bono alterius, quia tibi bonum proprium diminuit, est inuidia, & peccatum ex genere suo mortale.
- 4 Non deest, qui sentiat inuidiam solum esse mortale, cum ex illa moueris ad iniuste remouendum proximi bonum.
- 5 Non admittitur hæc sententia.
- 6 Sæpe inuidia est veniale peccatum.
- 7 Inuidia est vnum ex vitiis capitalibus.

1 Inuidia est tristitia de bono alterius quatenus per se, & ratione sui proprium nostrum diminuit. Vel est gaudium de malo illius, quatenus per se, & ratione sui nostrum malum dimittit. Sic Doctores communiter cum D. Thoma 2.2. quæstione 36. art. 1.

2 Pro explicatione huius definitionis aduerte, multipliciter te dolere posse de bono alterius, & de illius malis gaudere. Primum, si doleas, quia bonum illius est, & gaudeas de malo, quia malum illius est. Et sic dolor, & gaudium ad odium pertinent. Secundum, si doleas de bono alterius, quia inde per accidens sequitur tibi aliquod nouementum, & hic dolor non est peccatum inuidia, sed sæpè licitum esse potest, si nouementum, quod times, licitè refugis, quia tunc non tam doles de bono alterius, quam de tuo damno. Toler. de septem peccat. cap. 63. vers. primo. Et cap. 64. Tertio, dolere potes de bono alterius, non quia in illo est, sed quia tu illo careres, qui dolor non est inuidia, sed amulatio, quæ bona esse potest, si dolor moderatus sit, & circa res appetendas veretur. Toler. e. 65. Si circa res improportionatas, vt cum videris Regem & Pontificem, doles quòd non sis, est veniale; si circa res turpes, aut illicitas, pro qualitate malitiæ peccatum erit. Toler. de septem peccatis, 277. 63. Quarto, esse potest dolor de bono alterius, quia illo indignus est. Hic autem dolor, qui vocatur Nemesis, seu indignatio, & esse potest bonus, & malus; bonus esse potest, si cum debita moderatione doleas, tristitiam & indignitatem, quòd beneficia publica, & officia reipublicæ indigni possideant; quia tunc doles, & tristitiam de aliqua actione peccaminosa, & mala, qualis est indigna horum bonorum possessio. Sic Toler. de septem peccat. mor. cap. 64. Et e. 65. Erit autem malus saltem venialiter hic dolor, si doleas, quòd mali pecunias possideant, & bonis fortunæ fruantur, ea tantum præcisè ratione, quia mali sunt. Sic D. Tho. 2.2. q. 36. art. 2. & ibi Caietan. Lessius lib. 4. cap. 4. dub. 4. n. 17. Egid. Coninch. disp. 30. de charit. dub. 2. n. 26. Suar. disp. 6. de charit. sect. 4. 3. Toler. cap. 65. aduersus Petr. de Lorca, negantem esse peccatum. Sed ratio nostra, quia mali & peccatores iuste possident diuitias, & honores, (vt suppono.) Ergo inde non potest sumi causa honesta ad dolendum; videris enim diuinam prouidentiam incurare. Aliàs si casu perderent, non deberes impedire, potes tamen dolere, & tristari; quòd diuitias possideant peccatores, si inde sumant occasionem peccandi, & tunc ex affectu charitatis procederes. Toler. e. 63. Item si doleres, eo quòd ob eam causam iusti homines illis diuitiis priuantur, quia tunc esset actus misericordiæ in iustos. Suar. sect. 4. n. 2. Item potes ineffaciter tristari ob defectum conuenientis proportionis, qui adest, cum ij peccatores diuitiis abundant, & iusti illis carent. Valen. 2. 2. disp. 3. q. 13. p. 2. circa finem.

3 Quinto, denique potes dolere de bono alterius, eo quòd per se, & ratione sui proprium tuum bonum diminuat: bonum, inquam, alterius potest esse occasio diminuendi proprium tuum bonum, sine eo quòd aliquam vim tibi inferat, actionemque iniuriolosam exerceat; vt patet si existente te in aliqua ciuitate, in qua

nimis doctus, & peritus reputaberis, accederent alij æquè docti, tua doctrina, & pericia non tanti, vt antea æstimabatur, quia non est ita rara. Ecce quia ratione bonum alterius per se proprium tuum diminuat. Si ergo doles de bono alterius, quia huius diminutionis est causa, inuidus es, & peccas, & ex genere suo mortaliter. ita D. Tho. 2.2. q. 36. art. 2. Et 3. Valen. disp. 3. q. 13. p. 2. in princ. Egid. de Coninch. disp. 30. dub. 2. n. 20. Nauarr. e. 23. n. 128. Bonac. disputatio 3. quæstione 4. de charit. puncto ultimo §. 2. numero 3. Reginald. lib. 17. numero 129. Suar. disp. 3. q. 4. de charit. p. ult. §. 2. n. 4. & alij communiter. Ratio est, quia hoc vitium est charitatis contrarium, cum de bono proximi tristetur, & de malo illius gaudeat, quòd verò gaudeas de malo illius, vel tristiteris de bono quia proprium tuum bonum, vel malum diminuit, non est sufficiens causa honestandi actum. Factor enim imminutionem propriæ excellentiæ malum esse, & dignum, vt de illo tristiteris: sed quia non solum de illo, sed de bono proximi per se, & non per accidens tristiteris, quia per se, & immediatè hanc imminutionem causat, de causa hæc tristitia mala est. Quòd autem ex suo genere peccatum mortale sit, videtur constare ex illo ad Rom. 1. vbi plenus inuidia tradit Deus in reprobum sensum.

4 Lorca verò, 2. 2. q. 36. in addit. ad 3. art. affirmat inuidiam solum esse mortale, cum ita vehementer bono proximi inuidiam, vt ex illo affectu moueris ad iniuste remouendum proximi bonum, secus si absque hoc periculo inuidias, sicuti auaritia, & vana gloria, in qua non sunt peccata mortalia, nisi aliqua circumstantia mortali vestiatur. Et probari potest, quia dolere de bono proximi, quatenus tuum bonum diminuit, non est absolute de bono proximi dolere de illo, quatenus hunc effectum causet, & licet non causet media actione iniuriola, negati tamen non potest esse tibi molestum, & iniucundum. Siquidem tollit opinioem, & honorem singularem antea à te possessum. Ergo talis tristitia, & dolor non videtur inordinatus, vt peccatum mortale constituat. Adde, si doleas de bono alterius, quia inde proximus occasionem sumit te vexandi, non peccas, quia doles præcipue de tuo incommodo. Ergo idem erit, cum doles, quatenus ex te causat tibi incommodum. Nam esse causam per se, vel peccatens parum videtur referre.

5 Nihilominus retinenda est communis sententia ob rationem ibi dictam, ex qua fundamentum verum sententia Lorca solutum est. Aliàs si fundamentum illud per se esset, non solum probaret inuidiam peccatum mortale non esse, sed neque esse peccatum, nisi moueretur inuidus ad remouendum iniuste à proximo bonum; quia dolere de bono alterius, si moderatè fiat, quatenus inde per accidens sumit alius occasionem me damnificandam, non est peccatum, vt supra dixi.

6 Aduerte sæpè inuidiam peccatum esse veniale tum ob imperfectionem consensus, tum ob leuitatem materiz, vt in pueris contingit. Egid. Coninch. dub. 2. n. 25. Bonac. §. 2. n. 4. Valen. p. 3. 777. Sæpè transit in amulationem, & tunc non est peccatum, sicuti solent mercatores inuidere, quòd alij eiusdem conditionis merces vendant, & lucentur, & ipsi non enim tam dolent de alieno lucro, quam quod ipsi eo careant: est tamen periculosus affectus ob singularem lucri appetitum. Coninch. sup. n. 25.

7 Computatur inuidia inter vitia capitalia, quia ex illa, tanquam ex radice alia vitia pupillant, scilicet odium proximi, suffurratio, detractio, gaudium in aduersis, tristitia in prosperis. De quibus S. Tho. q. 36. art. 4. & ibi Caiet. Lorca, Torres, & alij. Toler. de peccat. cap. 67.

PUNCTUM III.

De Acedia, qua ratione peccatum sit charitati oppositum.

- 1 Desinitur Acedia.
- 2 Acedia specialis charitati contraria est dolere esse à Deo creatum sub obligatione seruandæ præcepta.
- 3 Dolere de præceptorum obseruatione ob illorum molestiam est acedia generalis.
- 4 Aliquando acedia generalis est peccatum veniale, aliquando nullum.
- 5 Acedia specialis semper est mortalis, nisi excusetur ex defectu pleni consensus.
- 6 Quæ vitia ex acedia oriuntur, & eorum malitia expenduntur.

1 Acedia est tristitia de bono spiritali diuino, & ex sine creationis nobis necessario; colligitur hæc definitio ex D. Thom. 2.2. q. 35. art. 2. in corp. Et art. 3. ad 2. & ibi ferè omnes expostores.

2 Pro culus explicatione aduerte te à Deo esse creatum, vt filius illius sis adoptiuus, beatitudinisque heredes; cuius consecutionem plura sunt necessaria simpliciter, plura secundum quid, plura conuenientia. Necessaria sunt simpliciter, quæ sub præcepto graui prohibentur, vel imperantur; secundum quid sunt necessaria, quæ sub leui culpa mandantur. Conuenientia dicuntur, quæ obierunt mandatorum promouent, quæque vocantur consilia. Si igitur doleas, quòd sic creatus sis, vt teneris auer-

cus esse Dei, cuiusque mandata obseruare, sin minus, æterno sup- plicio puniri. peccata peccato accidia specialis, & grauissima, quia est contemptus maiestatis diuinae, cuius amicitiam refugis, & postpositis executioni roarum passionum, & voluptatum. Est ta- men hoc peccatum contra charitatem, quia proprium charitatis est gaudere de amicitia Dei, cuiusque fruitione. Ergo contrarium illi erit de illi dolere, & tristari, etiam si occasio illius tristitia sic labor illius consecutioni annexus.

1. Notanter dixi te peccare peccato accidia specialis, si do- leas te esse creatum in finem ita excellentem, vt teneris manda- ta diuina ad illius consecutionem obseruare, sin minus æternis suppliciiis addici, vt acritè infirmare esse aliam generalem, que per alia vitia vagatur. Si enim doleas de ieiunio ob illius molestiam, talis tristitia temperantia opponitur; si doleas testi- ficare ob affertum diuitiarum, pugnas cum iustitia, & sic de reli- quis virtutibus; sicut enim qualibet virtus habet circa suum ob- iectum varios affectus, tum desiderij, tum gaudij, ita vitium ei op- positum oppositos affectus habet: sic ex D. Thoma. 2. 2. q. 3. art. 2. no- tat Valent. disp. 3. q. 12. p. 1. circa princ. vers. secundo. Suar. disp. 6. de char. sect. 3. num. 3. Coninch. disp. 30. dub. 1. n. 2. Bonac. disp. 3. q. 4. de char. p. ult. §. 3. n. 4. Ad idem reducitur accidia consiliorum, qua quis tristatur de obligatione, quam habet seruandi consilia, vt contingit in religioso, qui ob molestias, & difficultates, quas in religione lumbit, tristatur, quod statum illum perfectionis assump- sit. Sic Suar. n. 4. Coninch. n. 9. Valent. vers. tertio sequitur.

4. Hæc ergo accidia generalis non semper est peccatum mor- tale, sed aliquando veniale, & aliquando nullum: vt rectè ex D. Thoma & Caiet. supradicti DD. aduertunt. Est igitur pecca- tum veniale, si tristetur de obiecto, quod solum sub veniali ex- equi tenetur. Caiet. verbo accidia, Valent. disp. 3. q. 12. vers. tert. Bonacina disp. 3. q. 4. p. ult. §. 3. n. 3. Item si tristetur de obiecto grauius præcepto non secundum se, sed ob aliquam illius cir- cumstantiam, temporis, vel loci, vt si tristetur, quod tali die sic præceptum ieiunij, tali hora concio habeatur: sic Reginaldus. lib. 7. m. 8. Tolet. de septem peccat. mortal. c. 69. Bonacina disp. 3. q. 4. de char. part. ult. §. 3. n. 3. Nullum tamen erit peccatum, si de obseruatione consiliorum tædeas, quia ratione excusatus à peccato dolens te esse religiosum, sacerdotem, si absque periculo transgrediendi præcepta contingat. Sic Suar. disp. 6. sect. 3. nu. 4. Coninch. disp. 30. dub. 1. num. 9. Valent. supra, quia cum nulla sic obligatio suscipiendi talem statum, nulla est obligatio de illo sus- pectio gaudendi, aut de illo non dolendi: Est tamen hic affectus nimis periculosus, vt bene dicunt Suar. & Coninch. supra, quia aperit viam delerendi statum.

5. Accidia tamen specialis, quæ charitati contraria est, & de fine supernaturali necessitudo dolet, est semper mortalis, nisi ob defectum pleni consensu excusetur, quia materia est grauissima & in grauissimam Dei iniuriam, & contemptum cedit. Ex hæc ergo accidia speciali ferè omnia vitia oriuntur. Quem enim tædet amicitia Dei, cuiusque beatitudo ob laboriosam consecutionem sumè necessaria, ac proinde omnes virtutes, paratque viam om- nibus contrariis.

6. Sex tamen speciales filias accidia enumerat S. Gregor. lib. 31. mor. cap. 31. D. Thom. art. 4. q. 5. & ex illis Tolet. capit. 70. Valent. part. 1. in fin. Reg. num. 108. Prima, Malitia, hoc est detestatio, & odium bonorum spiritualium in se, vt si velis, ea non esse non impluisse mandata, non fuisse ad finem supernaturalem creatum, non cognouisse Deum, quæ sunt grauissima peccata, odij Dei, & beneficiorum diuinorum contemptus. Secunda, est ran- cor erga eos, qui te ad spiritualia mouent, & inducunt, qui si si- mul prouentur in odium, quo illis aliquid malum graue deside- res, est mortale, fecus e contra. Tolet. supra. Tertia, pusillani- mitas erga bona spiritualia, quia ardua sunt, quæ si non sunt præ- cepta, non erit mortalis, si tamen sunt præcepta, erit torpor, quæ est quarta filia accidia consistens in negligentia sui, omissione que diuinorum præceptorum, & est mortale. Quinta, est euagatio mentis ad alias res illicitas, quæ oblectant, & hæc aliquando est mortalis, aliquando venialis, prout sunt res, quibus quis per cogitationem delectatur, cum hac autem euagatione coniungi solet defectus attentionis debite rebus spiritualibus exercenda sunt, vt est Millam die festo audire, horas canonicas ex præcepto recita- re, talis defectus voluntatis notabilis peccatum mortale consti- tuit, talis filia hæc ex præcepto exercenda non sunt.

PUNCTUM IV.

De discordia, & contentione, & quomodo cha- ritati opponantur.

- 1. Discordia definitur.
- 2. Est peccatum charitati contrarium.
- 3. Ex suo genere mortale, aliquando esse potest veniale.
- 4. Contentio charitati contraria definitur.
- 5. Ex suo genere est peccatum mortale.
- 6. Proprium obiectum, & si illi satis.

Discordia est dissensio voluntatis à voluntate proximi cit- ca bonum, quod velle ex charitate tenetur, non enim est ferè, de Castro Sum. Mor. Pars I.

dissensio intellectus, sed voluntatis, quia dissensio intellectus in rebus fidei, est peccatum fidei contrarium, non charitate, & ita vocatur hæresis, non discordia; in aliis verò opinionibus, & iudi- ciis, rarè est peccatum, nisi scandalum causet, aut pacem turbet, Dixi esse dissensionem voluntatis, circa bonum quod velle tenetur, nam si velle non tenetur, quod alius intendit, nullum erit peccatum ab eius voluntate discordare, hæc enim ratio non peccas contemnens consilia amici de religioso statu suscipiendo. Aliquando etiam erit bonum discordare à voluntate alterius quia alterius voluntas mala est, prout hæc omnia notauit Valen- tia. disp. 3. q. 14. p. 1. vers. diximus, & seq. Coninch. disp. 30. de cha- ritate dub. 3. Suar. disp. 11. de charit. sect. 10.

2. Discordia ergo voluntatum, circa bonum, quod velle est charitate tenetur, peccatum est charitati contrarium, cum enim proprium sic charitatis voluntates vnire, & ex pluribus vnam ef- ficere, charitati opponitur, qui voluntates diuidit, præcipue in iis ad quæ charitas obligat: cum autem charitas obliget communi- tatis necessitatem providere, postposita utilitate specialis, & ne- cessitatem cuiusque particularis, quando facillè possit procurari- bus hæc opponas, contra charitatem peccas. Dices, sæpe hæc procurate est obligatio iustitia, vt contingit in iis, qui ex officio tenentur bona communis, & subditorum procurare. Ergo non est peccatum contra charitatem, sed contra iustitiam in iis dis- cordia. Respondeo, negando consequentiam: non enim est incon- ueniens vnium numero actum physicum in duplici specie morali existere, atque adeo & esse contra charitatem, & contra iusti- tiam. Est quidem contra charitatem illa voluntatum oppositio, quia bonum commune impeditur ob utilitatem propriam. Est contra iustitiam; quia impeditur executio obligationis iustitie prospiciendi bono publico ex officio orta. Deinde addo sæpe dis- sensionem voluntatis non contra charitatem, sed contra alias vir- tutes esse, verbi gratia, dissensit subditus à voluntate superioris, cui se conformare tenetur, peccat aduersus virtutem illam, in qua est res præcepta. Idem dissensit debitor à voluntate credi- toris debitor exigentis, peccat contra iustitiam, & sic de aliis. Quapropter dixi discordiam charitati contrariam, esse dissensio- nem voluntatis in re, quam ex charitate velle tenetur.

3. Hinc constat ex suo genere graue peccatum esse discordiam, tum quia charitati opponitur, tum quia inter peccata, quæ à re- gno Dei excludunt, illam enumerat Apostolus ad Galat. 5. Tum quia seminarem discordiarum inter fratres, summè Deus abomi- natus, Proverb. 6. dixi ex suo genere: nam aliquando ex defectu pleni consensu, & ex materia leuitate contingit esse veniale, vt notauit Valentia, & Coninchus supra. Bonacina disp. 3. q. 4. de cha- ritate part. ult. §. 4. n. 2. Suarez disp. 11. sect. vnica. n. 4. ubi insert con- sultentem testatorem, ne relinquat hæredem, quem volebat, & electorem, ne eligat ad beneficium, quem eligere intendebat, non peccatum mortaliter, si absque odio, inuidia, & iniuria fiat, & sæpe nullum esse peccatum, si aliqua rationabili causa moueatur quia seclusa necessitate non tenetur proximo subuenire, illique benefacere: ac proinde nec consentire in voluntate illius, qui illi subuenire, & benefacere intendit.

4. Contentio charitati contraria, effectus est discordia. In presenti definitur, vt sit concertatio quedam verborum cum proximo ad impugnandam veritatem. Sic ex Diuo Thoma 2. 2. quest. 58. art. 1. c. 2. docet Valentia disputat. 3. quest. 14. part. 2. Suarez disp. 11. sect. vnica. num. 5. & 6. Coninchus disp. 30. dub. 4. Bonacina disp. 3. q. 4. part. ult. §. 4. n. 4. & alij communiter. Dixi ad impugnandam veritatem, vt excluderem contentionem, quæ pro veritate defendenda, indaganda, aut aliquo modo cla- rificanda desumitur, vt fieri solet in ordinariis disputationibus, quia hæc non est contentio vitiosa, nisi ex aliquo accidenti ex- trinseco vitium illi contingat. Requiritur ergo, vt altercatio sit ad veritatem oppugnandam. Hanc ergo oppugnare potes. Pri- mò, si eam clarè cognoscas, & hæc est formalissima contentio. Secundo, si dubius de illa sis, & tunc est virtualis oppugnatio veritatis, siquidem absque præuio examine verum sit, an fal- sum, quod oppugnans; contentio est assumis. Tercio, cum sub prætextu iniquo falsitatis veritatem impugnans, & salum persua- dere procuras, vti faciunt hæretici.

5. Hanc triplicem altercationem esse peccatum, & ex gene- re suo graue, fatentur ferè omnes Doctores cum Diuo Thoma, quest. 58. art. 2. & videtur probari ex illo ad Romanos 1. penos inuidia, homicidio, contentione. Hæc contentio inter peccata graua enumerata est. Item est etiam peccatum contra charita- tem. Tum quia animos diuidit, & disungit. Tum & præcipue, quia ex charitate tenetur abstinere à nocimento proximi. Est autem non leue nocimentum falsa illum docere, & errores per- suadere.

6. Dices, oppugnatio veritatis pertinentis ad fidem, & re- ctam morum institutionem contra fidem est. Oppugnatio verò veritatis Philosophicæ contra virtutem veritatis. Item decipere proximum contra iustitiam est, cum vnusquisque ius habeat, ne ab alio lædatur, præcipue in potentis superioribus anime. Ergo nulla datur impugnatio veritatis aduersus charitatem directæ. Respondeo, me hoc argumento conuinci impugnacionem verita- tis tunc solum esse contra charitatem, quando fit ex animo alteri contradicendi, & à communi, & verò aliorum sensu separadi. Sed sic fuis, rarè dicit Suar. illa disp. 11. sect. vnica. n. 6. & 7. & peccatum mortale

Q. 9 mortale